1600 d. 8 Julii

Ex MS. Arch. Sta Aug. Regni: 75

55

56

Sigismundo Tertio Regi Poloniæ Consiliarii Ducis Prussiæ.

Serenissime Rex Potentissime Princeps Dñe Dñe Clementissime.
Srmæ Regiæ Mtti Vræ servitia Nrâ fide et obsequio plenissima humillime deferentes, Eid. Successus rerum prosperrimos unice comprecamur. Srmæ Regiæ Mttis Vræ binas Literas ad Jllmum Ducem Prussiæ Dnum Nrum Clementissimum scriptas accepimus, in quibus Sa Ra Mttas Vrâ statum Regni Poloniæ Jllmæ Celsitudini Suæ notum facit, simul ac ratione Subsidii militaris et ut Nobilitas Livonica Capitaneatus Vilnensis ductu Palatini Vendensis sequat. Jllmam Celsitudinem suam admonet. Nos equid. præsentem statum incliti Regni Poloniæ ægre ferentes, nihil magis in votis habemus, quam ut inclitum hoc Regnum ab hostium incursione pacifice et tranquille conservet. prout etiam minime dubitamus Deum Præpotentem adversus eorund. conatus Sæ Ræ Mtti Vræ prosperos felicesq. successus benigne concessurum. Quoniam vero Sa Ra Mttas Vrâ recordat. ad quod Jllma Celsitudo Sua Dns Nr Clementissimus ratione vasallagii vigore Pactorum inter Regnum Poloniæ et Ducatum Prussiæ initorum obstricta sit, utiq. Srma Regia Mttas Vrâ certo statuit, Jllmam Celsitudinem Suam erga Srmam Regiam Mttem Vrâm se ita præstituram, ne ulli Pactor. præscripto contravenisse videat. Literas quibus Nobilitas et reliqui Subditi Epptus Curoniæ tam a Srmâ Ra Mtte Vrâ quam a Dño Palatino Vendensi ad expeditionem in Livoniam evocati sunt, quod adtinet ex Literis eorund. ad nos missis quid nam ratione Privilegiorum et Jurium sibi competentium allegent, clementissime Sa Ra Mttas Vrâ cernere potest. Et quia negari non potest expeditionem hanc extra fines Curoniæ contra morem majorum antiquam consuetudinem et Privilegia dictæ Nobilittis tendere, utiq. non potuimus iis illor. allegatis acquiescere. Quare Srmâ Regiâ Mttem Vram nomine Jllmæ Celsitudinis Suæ submisse rogamus, ut consideratis supra adductis rationibus Nobilittem et Subditos Epptus Curoniæ clementissime excusatos habeat, hocce de Ra Mtte Vrâ Jllma Celsitudo Sua quibusvis obsequiis et studiis demereri annitet. Nosq. Srtti Vræ servitia Nrâ obsequentissima humillime deferimus Sm Rm Mttem Vrâm Divinæ Protectioni commendando. Datum Regiomonti Die Octava Mens. Julii.

Livoniæ Sveciæ